

43

in cuius nomine p̄ns agredior opus ad salutem fidelium animarum. ordinatum ad eruditionem precipue rudis et ydeote populi. et eorum quibus consuetis ecclesie sermonibus et predicacionibus minus interesse aut informari conceditur. In quo veluti tabella quadam et compedio breui. tenore re. fidei cristiane lucide poterunt in sequentibus inspicere et divina precepta prohibicionisque ut ex hijs quid agere quid ve fugere debeant possint distinctus agnoscere. Continet autem p̄ns tractatus capitula. xvij. quorum quodlibet in duas vel tres vel quatuor particulas convenienter subdividi possit. Primum capitulum affirmat mundum a deo fuisse creatum et quod ipse deus unus sit et trinus. Cur etiam aut ad quem finem homo creatus sit.

Iremissime credendum est et nullatenus dubitandum quod solus unus est deus omnipotens. omnia sciens. et omnem perfectionem habens. in tribus personis distinctis. que sunt pater. et filius et spiritus sanctus. qui mundum creavit et creatum regit et gubernat sola sua liberrima voluntate. et dignatissima bonitate

Speciali autem providentia humanam gubernat et dirigit creaturam. dans viris et mulieribus animas immortales. creans eas temporaliter. tunc cum eas corporibus infundit. ad ymaginem

f. 3.